



**Specvlvm || Vitae aulicae**

**Schopper, Hartmann**

**Francof. Ad Moen., 1584**

**VD16 R 1015**

Capvt XII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

Quod iam s̄epe inculcatū est, ne illi quem  
quem semel fallacem aut peruersum expertus  
es, nimium confidas: pr̄sertim si in ipsius po-  
testate relictum sit, ut tibi nocere possit; id qui  
secus agit dignus est qui decipiatur, & despe-  
ctui multis exponatur.

II.

De vitio ingratitudinis h̄ic monemur, de  
quo superius diffusius & copiosius diximus.

III.

Ne medico solutionem in longinquum  
differas tempus. Si enim illi qui infirmissime  
valetudini diligentissimè inferuit, precium  
inhibes, & pro operatibi locata mercedē pro-  
trahis, inconsideratissimus dementissimusq;  
homo appellandus es, qui discriminē inter in-  
columitatem vitæ, imbecillitatemq; corporis  
humanī non agnoscis.

IV.

Quod verissimum hoc sit prouerbiū, quo  
affirmatur, nullum à Deo homicidium diu Nullū dñe  
occultatum aut impunitū pr̄termini. Ex occultari  
perentia enim iam edocuit eos, qui homici- p̄tēt homi  
dij rei essent, & per annos aliquot factum ce- cidiūm.  
lassent, potius quām flagitium omnino deli-  
tesceret, aut casu aliquo, aut importunitate,  
aut ebrietatis tormēto compulsos sua in vul-  
gus disseminasse maleficia, & ante omnium  
oculos posita denudasse.

V.

### C A P V T X I I.

#### A R G V M E N T V M.

Enumerat benefacta sui Vulpecula patrū,

Qualia contulerit plurima Regis aue.

1 R 7 Signa

Signa veru statis licet afferat omnia Vulpes,  
Illa recordari Rextamen actanequit.



Reinike of  
sicia patris  
sui, in Re-  
gis paren-  
tem colla-  
ta comme-  
morat.

Reinike pa-  
rens Medi-  
cus excel-  
lentissimus  
fuit.

**N**on miror altis regibus  
Quod mira vobis accidunt.  
Et multa saepe desidit  
Oblivionis traditio.  
Illiis infelicior  
Imagoni nuncid tempore  
Subit tibi graviissimi,  
Cum peste vester corporis  
Correctus insinabili  
Parentis thoro decumberet,  
Nec inueniret quempiam,  
Cruenta qui salubribus  
Sanaret herbis vulnera,  
Quousq; nempe literae  
Meo parenti mitteret,  
Qui mille perfectissime  
Artes medendi posuerat.

Fluo

Hic passiones maximas  
Is explicabat pectoris.  
Salubre miscens pharmacum  
Parens meus fideliter  
Hoc consulebat languido.  
Lupi iecur pinguisimi  
Septenner herbis quatuor  
Ut denoraret additis.

Lepus quod è vestigio  
Ferociens audirebat.  
Annoq; sese comprobat  
Vix esse natum quatuor.  
Parens cachino difflit.  
Lupi q; lamentabilis  
Nihil mouetur questibus.  
Annatus inquit quatuor  
Annos & septem vixeris.  
Patebit omne protinus  
Iecur tuum cum videro.

Vocatur ergo carnifex.  
Lupoq; pelle detrahit.  
Eparq; Regi porrigit.  
At ille collum deuorat.  
Et conualescit illico.  
Seruisq; mandat omnibus.  
Doctoris & clarissimi  
Meum parentem nobili  
Dignentur omnes nomine.  
Quod & tamen præclarissime  
Foreta; circumspectius.  
Hac posset atq; ponderio  
Habere plus autoritas.

Reinikes  
parens in-  
signia Do-  
ctoratus à  
Rege impe-  
trat.

Dona-

Donabat ipse pileum  
Colore tinctum purpura,  
Monile diues in super  
Auro refulgens textili,  
Plenumq; gemmis annulum.  
Apparet at nunc verius,  
Et emineo conspectius:  
Quid ista secum tempora  
Periculosa conferant.

Reinike se Parentis ex industria  
propter be Nechactenus percepimus  
neficia pa- Vel omnium vilissimos  
rentis sui à In arce fructus regia.  
rege nihil At summanem p. gloria  
amari de- Honoris ē fustigia,  
clarat. Mei relictis omnibus  
Locantur aduersarij.  
Nihil valet prudentia,  
Vel artium scientia  
Praetura liberalium,  
Amore lucri quilibet  
Sed quaestuoso ducitur.  
At fortè si quis barbarus  
Onus potentis nobilis  
In Casaris palatio  
Illiteratus accipit:  
Is est molestus omnibus:  
Nec, ante tempus perbreue  
Qualis fuisset, cogitat.  
Tantumq; lucro sordido  
Incumbit, ē pecunys.  
Hac Rex stupende singula

Specula

Speculo figuris aureis  
Insculpta misi Bellinum  
Tibi per imp̄issimum.  
Quod fata si concederent  
Hac comparare maximo  
Vita velim periculo.

COMMENTARIA.

Certum est Principes & Reip. gubernatores quotidie molestis operosisq; implicari *Principum* negotiis, ita vt omnia recordari aut omnium ardua ope meminisse diuinum potius quam humanum rosaq; nescit. Vnde mirum non est, si actio aut causa *gotta*.

nonnunquam differatur, aut in longinquum procastinetur tempus. Cuius rei idcirco hic mentionem facere libuit, ne quis in aulis, cum tardius expeditur, propterea principibus indignari aut succensere velit. Debent tamen & illi suo officio satisfacere, ne quenquam temere causam eius de die in diem protrahendo vexare, sed omnibus iustitiam, vt decet, administrare.

Ne quicquam quantum ad morbum spe- *II.*  
stat, non aliter quam reus aduocato suo cau- *Medico* ni-  
sam capitalem agenti omnes defectus aperit, *huius* quod ad  
medicum tuum cælare velis. Id qui facere ne- *morbū* spe  
gilit, medico, quicquid in ea re detrimenti *stat cælare*  
accipit, imputare sine iniuria non potest. *dum.*

Notatur hic imperiti & illiterati Medici, *III.*  
qui consuetudinem ægrotantis, aut naturam *Medico* ma-  
corporis non cognoscunt, imò vbi casu leui- *lonib; p-*  
*usculum* aliquem curarunt morbum; confe- *silentius.*  
*stim*

stim sine omni iudicio grauiorib. morbis periculosa curaciones & canticipes adhibere voluit, à talibus abstineat, & nullo modo vir bonus se curari finat. Nā & modico grauius aegrotantes sanare aut ingrauescentem ratione prouidere morbum difficile est: præsertim si cū talibus ipsi res sit, qui iudicio minus pollentes, suas passiones animiq; affectiones exprimere nesciunt, & doloris impatientes phar-maca omnia potationesq; respuunt.

III.

*Nihil vita  
pretiosius.*

Quod medico fido & perito pro labore nihil detrahendum liberaliterq; merces soluenda fit, nihil enim charius aut preciosius vita existit, & bona valetudo omnes mundi antecellit diuitias.

V.

*Avari ho-  
mines ad  
Magistra-  
tū euchen-  
dinō sunt.*

Ne quis de prouidētia, honore, diuitiis aut amplitudine parentis sui tantum sibi persuadet, ut in ea confusus in quodvis flagitiū rue, & omnia ad voluntatem suam agere velit. Omnes potius ita beneficiis demereri studiat, vt & posteris liberos suos commendatissimos & charissimos relinquat.

VI.

Ne principes sordidos istos, tenaces & avaros homines ad publica eleuēt aut promoueant officia. Non enim Domino ipsi solū iniuria fit, cūm fortunas facultatesq; eius infidiosè subtrahunt & compilat, verūm etiam subditos misere affligūt, excoriant & deglubunt. Vnde populus indignè in odium principis dominiq; sui deuotionem inflammat & concionatur. Quod in primis magistratū summoperè cauendum est.

Quām

Quām nimis verum sit, hoc nostro ingratissimo seculo, lucro & pecunie virtutes, omnesq; præclaras artium postponi scientias, ita ut benè exclamare cū Tibullo nostro liceat:

Heu malè nunc artes miseræ hac secula tradidant,

Iam tener assuevit munera ferre puer.

Aut cum Horatio qui dicit:

Ciues ciues quarenda pecunia primum,

Virtus post nummos.

At nos cum Lotichio nostro potius hunc modum dicamus:

Ah pereat quisquis præfert virtutib. aurum,

Ingenium eundam nobile vincit ope.

Verūm miserabile plerunq; isti bonarum artium & virtutis contemptores habent extū. Quotidiana autem nobis ob oculos quia versantur exempla: res testimoniis prolixioribus non eget. Multi indies opulentimercatores breui tempore questuofissima emendi & vendendi sic emergunt mercatura, ut

Iam tum tacturos sidera summa putes.

At demum cùm iam amplius cadere non posse, atq; omni ex parte beatissimi omnino iudicantur: repente tandem tam ignominiose & turpiter lapsi præcipitantur, ut eos

Iam iam tacturos Tartara nigra putes.

Quodis qui ex humili aliquo genere aut obscuritate hominū in altum extollitur, animo se nimiū efferre aut intumescere non debeat.

Deus enim eum, quem in altitudinem glorię

aut fortunæ extulit, rursus de statu honorifico derurbare, & cum dedecore sic ut omnibus sit ludibrio, deiicere potest. Quamobrem quisq; secū diligenter animo perpendat, quid fuerit, sit, aut fieri possit: semper memor, quām varia volubilisq; fortunæ rota, huiusq; vniuersæ humanæ vite fluctuosa existat commutatio, se erga omnes benignum, affabilem & tractabilem exhibeat. Vnde non illepidè Poëta hortatur:

*Fortunam reuenerenter habe, quicunq; repente  
Dives ab exili progredivere loco.*

IX.

Licet quidem & fas est, ut proximus quisque sibi ipse sit, eaq; potissimum quæ ad suū faciunt commodum, requirat: tamen semper æquitatem & excellentissimam ante oculos habeat iustitiæ virtutem. Salomone enim nostro teste:

*Parua viri dominū metuētis ingera præstant  
His, sunt in iusta quæ bona partu manu.*

Is igitur qui honorem, fauorem populi, splendorem, immortalesq; consequi laborat gratias: his duobus potissimum iustitiæ innatur fundamentis. Quorum primum est, ut ne

*Duo iusti- cui noceatur, deinde ut cōmuni vtilitati ma-  
ciae funda- gis, quam priuatæ inserviatur.  
menta.*

## CAPVT XIII.

## ARGVMEN TVM.

*Exprobrat hic Gulpes ipsi benefacta leoni,  
Inuidiamq; lupo comparat inde grauem.*

Hoc